

cans venialiter esset efficaciter conversus in creaturam illam appetiando super omnia N. & hoc solum in præcedentibus negatum est. Ex efficaci illius intentione media ad consecutionem illius utilia eligendo Con. hanc ergo vim determinandi ad electionem horum mediorum absque ordine ad ulteriorem finem etiam in peccante venialiter habet creatura.

*Obj. 2.* Infidelis vel in peccato mortali constitutus faciens opera moraliter bona neque Deum habet pro fine ultimo saltem ex parte operantis, nec creaturam.

*R.* Talis solam moralem honestatem intendit, quæ cum sit creatum quid, efficaciter in tali actu intendit creaturam: non illam super omnia appetiando, sed media ad consecutionem illius utilia applicando.

Ex dictis sequitur, quod homo deliberatè operans teneatur velle ultimum finem verum videlicet Deum, non expressè & formaliter sed interpretativè & virtualiter, eò quod teneatur semper velle bonum honestum ad Deum ordinatum.

## DISPUTATIO II.

*De Beatitudine objectivâ.*

**B**eatitudo à Boëtio definitur: status omnium bonorum aggregatione perfectus dividitur quantum ad præsens. 1. In naturalem, quam homo in statu naturæ puræ & integræ solis naturæ viribus posset consequi. Et supernaturalem, ad quam non nisi per supernaturalia auxilia evchitur. 2. In essentialem, quæ occupatur in summo bono per se primò & essentialiter satiativo. Et accidentalem, quæ occupatur in bonis & objectis inferioribus ut in humanitate Christi, gloriâ Corporis &c. 3. In formalem & objectivam tanquam rationes unam totalem beatitudinem constituentes, beatitudo autem objectiva est illud bonum quo appetitus perfectè satiatur. Cujus boni possessio vocatur beatitudo formalis.

1. 2. *Theol. Schol.*

C

Proce-

I.  
voluntatem hu-  
ationem, non  
ultimum finem  
endere omnem  
ntendit propter

nium hominum  
à hujus hominis  
D. hic Q. 1. a.  
nanâ agit saltem  
finem ultimum  
à aliquos etiam

omnis appe-  
dum atqui in  
icax: cum in-  
electionem &  
cujus intentio-  
is in communi  
articulati reve-  
quotiescunque  
nuni quod in  
aliter in omni  
em finem ul-  
tionem felici-  
Deo v. g. vel  
tabili & vitio,  
complacentiæ  
abstractam à

habet pro fine  
s esset efficaci-  
liter peccaret,  
articularem.  
stinguitur pec-  
cans

Procedit autem hæc disputatio de beatitudine supernaturali, cum enim non detur status naturæ puræ, nec integræ beatitudo purè naturalis etiam non datur, aliquam autem dari beatitudinem hominis patet ex appetitu, quo quilibet in se experitur inclinationem ad quærendam felicitatem semper duraturam.

### Q U Æ S T I O I.

*In quo Consistat beatitudo hominis objectiva?*

**C**ertum est ex script. hominis objectivam beatitudinem consistere in solo bono increato. Ità Ps. 16. dicitur: *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Ps. 72. *Quid mihi est in Cælo & à te quid volui super terram?* Ratio est: quia solum bonum increatum est stabile & perpetuum, & continet omne bonum, ideoque illud solum appetitum rationalem satiare valet. Quod neque de divitiis, quæ sunt bona fragilia & fortunæ subiecta ordinata ad vitam hominis alendam; neque de honore, qui, si sit verus, supponit bonitatem & excellentiam, cum sit testimonium excellentiæ; neque de potestate temporali super alios, quæ est instabilis. Neque de voluptate, quæ si sit honesta & spiritualis, est potius effectus beatitudinem consequens, quam objectum beatitudinis; si sit sensualis & carnalis, est homini cum brutis communis. Neque postremò de bonis animæ, quæ ipsam relinquunt multis miseriis subiectam, dici potest. De ipso vero bono increato est controversia inter Thomistas & Scotistas: an existentia & trinitas personarum ità sit de essentiâ beatitudinis objectivæ, ut si per impossibile (esse impossibile ostenditur in tract. de visione Dei) visio divinæ essentiæ non attingeret exercitam rationem existentiæ & personarum subsistentias relativas adhuc tamen divina essentia esset objectum verè beatificum.

*Dico. Summa bonitas Dei.... secundum quod intelligi-*

*Intelligitur in seipsâ prout videtur a beatis non potest intelligi sine trinitate personarum S. Th. 2. 2. Q. 2. a. 8. ad 3.*

*Probatur 1.* Ex illo Joannis 17. *Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum Deum verum & quem misisti Jesum Christum;* ubi pro objecto vitæ æternæ assignatur Pater & Filius cognitus.

*Probatur 2.* Hac ratione fundamentali: de ratione metaphysicâ objecti beatifici est, ut satiet & expleat omne justum desiderium & appetitum beati, sed essentia divina præcisa ab existentia, attributis & personalitatibus non satiet omne justum desiderium & appetitum beati, quia beatus desiderat videre Deum intuitivè, ut in se est, & subsistit: si autem videret divinam essentiam præcisam ab existentia & relationibus, non videret illam, ut est in se; tum quia non videret existere, quod est quidditativum constitutum divinæ essentiæ & distinctivum visionis intuitivæ à cognitione abstractivâ; quod visionem intuitivam terminet Deus secundum exercitum existendi modum, cum cognitionem abstractivam terminet secundum quod per species creatas ex creaturis ab intellectu formatas imperfectè repræsentatur; tum quia non videret modos seu terminos in quibus divina essentia subsistit nempe ut Patris, ut Filii & ut Spiritus Sancti prout revera in se est, cum non videret ea quæ sanctissimis personis propria sunt, sed tantum ipsis communia.

Adde quod visâ essentiâ sit connaturale desiderium videndi proprietates cum essentiâ necessariò connexas, attributa autem & proprietates relativæ sunt necessariò & formaliter cum divinâ essentia connexæ.

*Obj. 1.* Ad rationem objecti beatifici sufficit, quod videatur divina essentia tanquam ultimus finis & summum bonum, atqui essentia divina cognita etiam præcisis personalitatibus cognoscitur ut summum bonum

& ultimus finis: quia præcis personalitatibus est summum bonum & ultimus finis, in quantum est primum principium creaturarum, quod convenit Deo, in quantum est unus, adeoque præcis relationibus.

R. Distinguendo maj. ut videatur divina essentia tanquam ultimus finis & summum bonum ut est in se. Consecundum quod per intellectum imperfectè cognoscentem unam rationem ab alia formaliter præscindimus N. distincta similiter mi. ad prob. dico: quamvis illud idem, quod est primum principium, sit etiam ultimus finis & beatitudo nostra, attamen plura importat ratio beatitudinis, quam ratio primi principii, quia ratio primi principii solùm importat perfectionem naturaliter cognoscibilem, ratio verò ultimi finis importat essentiam Dei etiam ut Authoris supernaturalis clarè & intuitivè visam & omnimodè satiativam creaturæ rationalis; & ita non quidem à Deo ut trino procedit creatura rationalis, non tamen beatur nisi per Deum trinum, quia nunquam contenta erit, nisi videat Deum sicuti est in se.

Obj. 2. Viso summo bono voluntas beati est satiata, atqui visâ essentiâ Dei præcis personalitatibus visum est summum bonum, cum sint visæ omnes perfectiones divinæ, relationes enim non superaddunt aliquam perfectionem ad essentiam divinam.

R. Sicut ante: viso summo bono ut est in se satiatur voluntas beati, non potest autem videri summum bonum vel essentia divina ut est in se, quin videantur etiam relationes, & ita personalitates in Deo intrinsecè pertinent ad objectum beatificum ex hoc, quod sint termini intrinseci, in quibus divina essentia subsistit, & sine quibus quidditivè videri nequit essentia divina sicuti est in se.

Obj. 3. Si per impossibile Deus tantum esset unus & non trinus in personis, adhuc divina essentia foret objectum

De  
 cum beatitudinis  
 tum objecti beati  
 Quod in alta  
 non inest alteri  
 essentia divina alite  
 ta, ideoque ru  
 tum nunc videat  
 Obj. 4. Beatus  
 ut aliquas in ver  
 maliter ad obje  
 r. Beatum deli  
 bo secundum ex  
 tum, quasi illarum  
 rationem requireret  
 essentia divina non ta  
 maliter continet,  
 continet, intellec  
 tum essentiale beati  
 quia si solum Deus vi  
 deretis, replet na  
 tum aliquid querit vide  
 t bonum in omni ger  
 at bonum, quod in  
 tum Deum & creatu  
 ra, sed propter solu  
 Obj. 5. Pater æteri  
 tum Filium, intelli  
 tum non intelligit  
 tum essentia Patris ne  
 tum, nec Filius in  
 tum beatitudinis ne  
 Negando affi  
 rumatur Pater  
 tum simul in  
 tum & generari

ctum beatitudinis, ergo personalitates non sunt de ratione objecti beatifici.

R. Quod in ista hypothese impossibili objectum beatificum foret alterius rationis quam nunc sit, quia tunc essentia divina aliter subsisteret in se, quam nunc subsistat, ideoque tunc alio modo quidditative videretur quam nunc videatur.

Obj. 4. Beatus etiam videt & desiderat videre creaturas aliquas in verbo, & tamen creaturæ non pertinent formaliter ad objectum beatitudinis.

R. Beatum desiderare videre aliquas creaturas in verbo secundum exigentiam sui status, non ex necessitate, quasi illarum visio ad veram beatitudinis perfectionem requireretur, sed ex abundantia, eò quod essentia divina non tantum seipsam secundum ea, quæ formaliter continet, sed etiam alia à se, quæ eminenter continet, intellectui representare potest. Non ut objectum essenziale beatitudinis formalis sed accidentale: quia si solum Deus videretur, qui est fons totius esse & veritatis, repletet naturale desiderium sciendi, quod nihil aliud quærit videre, quam perfectissimum verum & bonum in omni genere, extra quod nihil est verum aut bonum, quod in ipso non perfectius contineatur. Et qui Deum & creaturas novit, non propter illas beatatur, sed propter solum Deum est Beatus.

Obj. 5. Pater æternus pro illo priori Originis, quo generat Filium, intelligitur beatus visione suæ essentia: & tamen non intelligitur videre Filium, quia pro illo priori essentia Patris nondum intelligitur Filio communicata, nec Filius intelligitur productus, ergo de essentia beatitudinis non est, ut videantur tres personæ.

R. Negando assumptum ejusque probat. non enim intelligitur Pater cognoscendo notionaliter Filium generare, nisi simul intelligatur Filius generari: est verò in generare & generari non prioritas sed ordo originis,

quem tantum admittunt Catholici, dum dicunt: in priori originis Patrem generare Filium; est igitur Pater æternus in illo priori originis beatus, sed non sine Filio, quia nunquam est sine Filio, & semper intelligitur in suâ fecunditate contemplari Filium solùm posteriorem, non duratione, sed origine: hoc est ut accipientem naturam communicatam a Patre. Consequenter Pater beatus cognoscit Filium ut subsistentem in eâdem secum naturâ per cognitionem communicatâ, & Spiritum Sanctum ut ejusdem naturæ per inspirationem communicatæ.

*Obj. 6.* Solùm essentia divina, ut virtualiter distincta à personalitatibus & attributis, est objectum formale visionis tam creatæ quam increatæ: ergo se solâ præcisus relationibus est objectum beatitudinis.

*R. 1.* Negando antecedens, quia etiam ipsæ personalitates ingrediuntur rationem objecti primarii tam divinæ quam creatæ cognitionis intuitivæ, quia eâdem indivisibili veritate & immaterialitate gaudent cum essentiâ divinâ, quæ, licet sit ratio sub quâ attingendi, non tamen sola est ratio quæ primariò affecta.

*R. 2.* Distinguendo antecedens: solùm essentia divina, ut virtualiter distincta à personalitatibus & attributis, est objectum formale visionis ut visio sive cognitio est: transeat, secundum modo dicta; ut beatificans est N. Quamvis essentia sola esset objectum formale visionis, ut est cognitio, non tamen sola est objectum visionis, ut est beatificans, quia ut talis est cognitio quidditativa, intuitiva, ipsum Deum ut est in se activè repræsentans.

### QUÆSTIO II.

*An Beatitudo formalis sit quid creatum?*

**D**ICO. Oportet beatitudinem in ultimo actu hominis consistere. S. Th. hic Q. 3. a. 2. in O. est com-

communis contra quosdam antiquiores beatitudinem in illapsu divinæ essentiaë, vel in habitu & simul operatione, vel in alio constituentes.

*Probatur.* Beatitudo formalis est ultima perfectio hominis in genere vitæ intellectualis, quia beatitudo est vita æterna: ad Rom. 6. *Gratia Dei vita æterna* & Joannis 17. *Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum Deum verum.* Atqui ultima hominis perfectio in genere vitæ intellectualis, assentionis & possessionis summi boni non potest esse aliquid increatum, eò quod increatum non possit esse creato inhærens perfectio: neque est aliquid habituale sive potentiam in actu primo constituens, sed est operatio vitalis ipsius: non enim est perfecta vita, nisi ubi est motus vitæ, id est ab intrinseco, & quamdiu homo est in potentiâ perfectibili per actum secundum sive ultimum in genere vitæ intellectualis, tamdiu non habet ultimam perfectionem ejusdem generis: sed quamdiu caret operatione vitali, est in potentiâ perfectibili per actum secundum in genere vitæ intellectualis, ergo beatitudo formalis vel vita æterna beati consistit in aliqua operatione beati, nec intelligi potest, quomodo beatitudo ad creaturam intellectualem pertineat, nisi ab eâ per modum operationis procedat.

*Hinc inferes 1.* Beatitudinem non consistere in ipsâ Dei increatâ visione, qua Deus est beatus, homini communicatâ, quia intellectio essentialiter est actio vitalis & immanens, quæ petit procedere à principio intrinseco.

*Nec est* paritas de substantiâ increatâ, quæ potest terminare substantiam creatam; quia hæc non est actio vitalis, sed complementum substantiæ dans ultimam substantiæ perfectionem in existendo, reddens eam independentem ab alio ut supposito, non verò est ultima perfectio substantiæ in lineâ operativæ vel activæ.

*Inferes 2.* Nec beatitudinem formalem consistere in illapsu divinæ essentia, nec in lumine gloria vel alio dono habituali : quia per neutrum Deus ab animâ beati tenetur, & in actu secundo possidetur, Beatitudo autem formalis est ipsa Dei affectio.

*Inferes 3.* Neque per absolutam Dei potentiam fieri posse, ut beatitudo formalis procedat à solo Deo animâ beati se tantum habente passivè : quia quamvis Deus effectum, quem producit causa secunda efficienter, se solo causare possit, quia omnes virtutes causarum secundarum eminenter continet : non tamen potest efficere, ut operatio sit vitalis hominis, simul operantem perficiens, si à solo Deo procedat, sicut licet possit se solo omnes homines, qui de facto per generationem producuntur, producere communicando ipsis eandem entitatem, quam de facto habent per causas generantes. Attamen non potest facere, ut homo à se solo productus sit filius alterius hominis, qui ipsum non generavit.

*Obj. 1.* Beatitudo formalis est perfectissima unio creaturæ rationalis cum summo bono : atqui unio essentia divinæ per illapsum in substantiam animæ est perfectior unio, quam illa quæ fit per potentiam animæ per modum objecti, cum per priorem anima non solum secundum suas potentias, sed etiam secundum suam substantiam beatificetur ; in posteriori autem solum potentia animæ beatificentur ; deinde, cum ipsa beatitudo sit perfectissima forma, debet recipi in perfectissimo subjecto, quod non est potentia, sed ipsa substantia animæ.

*R. ad 1.* Distinguendo maj. beatitudo formalis est perfectissima unio in genere consecutionis Con. in genere unionis N. Similiter distinguitur mi. unio per illapsum in essentiam est perfectior unio in genere consecutionis N. quia per illapsum anima non possidet,  
aut

Dr B  
 videtur Deum,  
 respectum ad na  
 peritiam. In g  
 formalis non est  
 unionis, aliâ det  
 nem Dei, in q  
 eam beatitudinis  
 eritate beatificanti  
 tate & ut quod ; h  
 per visionem beati  
 in, non tamen sui  
 nem hypotaticam,  
 er, est quidem unio  
 unio, quam visio  
 nis, & propter unio  
 formalis beatitudo d  
 er unio, sed visio De  
 in, in qua ratio et  
 possit.  
 Ad id quod addit  
 te. Quod perfectissima  
 in subjectum non abso  
 det perfectissima form  
 er, quod in alio ge  
 tum ; sed respectivè  
 in eodem genere si  
 tum recipiendâ p  
 er unio non potest e  
 er unio vitalis, sed solum  
 in mediante anima  
 S. Aug, in lib  
 in eadem visione,  
 er ut bonus & b  
 hoc autem tant  
 er, maxime cum



aut assequitur Deum, sed conservatur in suo esse naturali quantum ad naturam, & supernaturali quantum ad gratiam. In genere unionis: transeat. Beatitudo formalis non est perfectissima quantum ad rationem unionis, aliàs deberet esse unio hypostatica. Per visionem Dei, in quâ quæst. sequenti statuemus essentiam beatitudinis, potentiæ animæ ut quo & immediatè beatificantur, ipsa verò substantia animæ mediatè & ut quod; hinc, quamvis Christus Dominus præter visionem beatificam habuerit unionem hypostaticam, non tamen fuit formaliter beatus per ipsam unionem hypostaticam, sed per visionem divinæ Essentiæ; est quidem unio hypostatica major & perfectior unio, quam visio Dei, cum sit fundamentum visionis, & propter unionem hypostaticam visio Dei sive formalis beatitudo debeat Christis, non tamen hæc unio, sed visio Dei fuit unio affecliva summi boni, in quâ ratio essentialis formalis Beatitudinis consistit.

Ad id quod additur:

2. Quod perfectissimæ formæ debeat perfectissimum subjectum non absolutè ita, ut quod in uno genere est perfectissima forma, debeat immediatè recipi in eo, quod in alio genere est perfectissimum subjectum; sed respectivè, tale videlicet subjectum, quod in eodem genere sit perfectissimum, sive quod sit formæ recipiendæ proportionatum, substantia autem animæ non potest esse subjectum perfectissimæ operationis vitalis, sed solum perfectissima potentia vitalis, quâ mediante anima operatur.

Obj. 2. S. Aug. in libris de Trin. videtur docuisse, quod eadem visione, quâ beatificantur sancti in cælo, Deus sit bonus & beatus, & ipsa sit summum bonum: hoc autem tantum de increatâ visione verificari potest; maximè cum visio Dei possit intellectui

beati uniri, quod inde probatur: Divina Essentia potest uniri intellectui beati in ratione speciei intelligibilis, & consequenter ipsum intrinsecè reddere potentem videre: & in ratione speciei expressæ ipsum constituere in actu secundo videntem; ergo etiam potest intellectui creato uniri in ratione visionis.

R. S. Aug. esse intelligendum: quod eadem visione non numero & entitativè, (quasi eadem sit forma Deum & Sanctos intrinsecè beatificans) sed objectivè & modaliter Deus & Sancti beatificentur: in quantum utraque visio ad Deum clarè & intuitivè cognitum terminatur; Item quod illa visio sit summum bonum non simpliciter & in omni genere entis, sed respectivè & in aliquâ bonitatis lineâ, videlicet inter bona creata, vel quod non formaliter sed affectivè sit summum bonum, hoc est affectio & fruitio summi boni.

Ad probationis subjunctæ utramque partem

R. Disparitatem esse: quod species intelligibilis non petat inhærere, sicut actio vitalis: & ipsa species intelligibilis reddit intellectum potentem videre, non ut virtus ipsius intrinseca, sed solum objectivè, ut virtus objecti. Eadem est disparitas quoad rationem speciei expressæ: illius enim munus præstat Essentia Divina, in quantum est actualissima sui repræsentatio objectiva, in quo nihil est vitale, uti in ipsa visione.

Obj. 3. Beatitudo formalis est summa hominis perfectio, ergo consistit in perfectissima qualitate: hæc autem est gratia habitualis & alii habitus supernaturales, qui sunt perfectiores ipsis actibus.

R. Distinguendo antecedens: beatitudo formalis est summa hominis perfectio, quâ vitaliter assequitur & possidet perfectissimum ens sive summum bonum. Conquâ præcisè in se entitativè perfectior est N. Eodem modo distincto consequente, ad subsumptum dicitur: dato quod gratia habitualis sit perfectior visione beatificâ

entitativè, non ta  
entis summi boni, i  
pnt.

4. Solus Deus in  
beatificans, nec  
Dei absoluta effective

gratiâ disp. 26. Q  
de visione beata;

divinæ, quæ est  
disp. 2. Q. 1. dictum

Negando consequen  
non posse effective ab  
beatificans, quia est p

conceptu nature & ut  
hinc est in homine p

ter, & prima operati  
operari eluctandam rac

re præcipue, cui e  
gratiâ tant: creabilis

operari. Non autem bea  
conceptu operari

omni participativè agit  
videndo & possidendo

actualissimè ipsa esset  
consequenter prior est tu

operari supernaturalis  
operari videlicet lum  
Sicut beatitudo consistit  
operari elicitive &  
quod homo præ  
hoc videtur abstru  
operari debet esse  
operari sequam: qu  
operari ipsum, debere  
operari vitalem circa c

tificâ entitativè, non tamen est perfectior in lineâ affectionis summi boni, in quâ ipsa beatitudo formalis consistit.

*Obj. 4.* Solus Deus in homine effectivè causat gratiam sanctificantem, nec hanc homo etiam de potentia Dei absolutâ effectivè causare potest, ut in materiâ de gratiâ disp. 26. Q. 1. dicitur: ergo idem dicendum de visione beata: quia utrumque est participatio Essentiæ divinæ, quæ est purissimum intelligere ut in 1. p. disp. 2. Q. 1. dictum est.

*R.* Negando consequentiam, ad probat. dicendum: ideò non posse effectivè ab homine procedere gratiam sanctificantem, quia est participatio Essentiæ Divinæ sub conceptu naturæ & ut radicis virtualis attributorum, hinc est in homine principium essendi supernaturaliter, & prima operationum supernaturalium conaturaliter eliciendarum radix, quæ ab eo solo in homine produci potest, cui esse & operari suprâ omnem naturæ creatæ & creabilis exigentiam est essenziale & proprium. Visio autem beata est participatio ejusdem Essentiæ sub conceptu operationis Deum beatificantis, quâ homo participativè agit circâ Deum, ut est in se cum videndo & possidendo, quem videt & possidet actualissimè ipsa essentia divina per seipsam, & consequenter prior est sub conceptu primordialis radicis ordinis supernaturalis, posterior aliam priorem participationem videlicet lumen gloriæ supponit.

*Obj. 5.* Si beatitudo consisteret in vitali operatione, cujus principium elicativum & effectivum foret beatus, sequeretur, quod homo præmiaret & beatificaret seipsum, sed hoc videtur absurdum; cum præmium æternæ beatitudinis debeat esse à Deo præmiante.

*R.* Negando sequelam: quia ut homo præmiaret & beatificaret seipsum, deberet principia & media eliciendi actionem vitalem circa objectum beatificum aut  
affecu-

affectiva summi boni habere in suâ potestate, ut sibi eadem dare posset, quod falsum est, quia illa dantur à Deo præmiante nempe lumen gloriæ, & ipsa divina Essentia concurrens in ratione speciei intelligibilis.

### Q U Æ S T I O III.

*An & in quâ intellectûs operatione consistit beatitudo?*

Certum est, beatitudinem formalem non posse esse operationem sensitivam, cum Deus sit purissimus spiritus nullo sensu attingibilis (ut in 1. p. disp. 5. Q. 2. probatur) sed est difficultas de operatione intellectûs & voluntatis pro cuius resolutione.

*Nota 1.* Plures esse actus, quos beati circa suum objectum beatificum eliciunt. *Primus* est clara & intuitiva Dei visio de quâ 1. Jois 3. *Vidimus eum sicuti est.* *Secundus* amor, unde 1. ad Cor. 13. *Charitas nunquam excidit.*

*Tertius* Gaudium & delectatio & quidem, cum duplex sit in beatis amor videlicet benevolentia, quo amatur divina bonitas ut bona Deo, & Concupiscentia, quo amatur divina bonitas ut bona beato; huic amori duplici duplex correspondet gaudium, unum, quo gaudet beatus de omni bono divino, quatenus est bonum ipsius Dei; alterum, quo gaudet de eodem quatenus à se possessio.

*Nota 2.* Beatitudinem dupliciter posse considerari: 1. integraliter: prout dicit statum collectum ex omnibus bonis, quibus beatus perficitur; 2. formaliter & essentialiter, prout dicit primam affectionem summi boni, ex quâ ceu fonte primordiali cætera bona cuncta promanant; si primo modo accipiat, certum est, in illa tam actus intellectus quam voluntatis includi: quâ de causâ in S. Script. & à SS. PP. modò visionis, modò fruitionis, modò gaudii nomine nuncupatur. Status autem Quæstionis est de ipsâ secundo modo spectatâ.

DICO

**DICO** *ultima & perfecta beatitudo non potest esse, nisi in visione divine Essentia.* S. Th. hic Q. 3 A. 8. in O.

Probatur: Perfecta beatitudo debet esse assecutio summi boni, sed hæc non potest esse actus voluntatis, sed ipsa intuitiva Dei visio; ergo

Probatur mi. Quoad primam partem: omnis actus voluntatis circa ultimum finem est vel desiderium, vel gaudium & delectatio, vel simplex amor summi boni: quia si bonum illud sit absens, est desiderium finis, si præsens, est gaudium de fine & fruitio finis, si abstrahat à præsentia & absentia, est simplex amor finis; atqui nullus ex his actibus est formaliter consecutio finis ultimi & summi boni: quia desiderium est de bono absenti, ergo non est consecutio boni, deinde delectatio & fruitio tendunt in bonum possessum, ideoque supponunt consecutionem & possessionem summi boni, ergo gaudium & fruitio non est ipsa assecutio boni: denique amor ex se abstrahit à præsentia & absentia, estque indifferens ad actum desiderii vel gaudii: si enim bonum amatum sit absens, amor gignit desiderium, si bonum sit præsens, amor parit gaudium, igitur, quod amor magis pariat gaudium, quam desiderium, vel quod amor sit conjunctus potius cum bono amato, quam sejunctus, non ex propria natura habet, sed ex suppositione alterius actus, quo obtinetur formaliter possessio & præsentia summi boni;

Unde probatur mi, quoad 2. partem. Sola intuitiva Dei visio ab intrinseco *imprimis* est assecutio & possessio summi boni, quia illius potentia actus per se primò objectum consequitur, cujus proprium munus est objectum ad se trahere, & sibi facere intimè præsens: sed hoc facit intellectus, utpote potentia repræsentativa objectum ad se trahens & intentionaliter

estate, ut sibi  
ia illa dantur  
& ipsa divina  
elligibilis.

1.  
sit beatitudo?

non posse esse  
Deus sit purissi-  
e in 1. p. disp.  
de operatione  
tione.

ati circa suum  
est clara &  
videmus eum.  
ad Cor, 13.

quidem, cum  
volentia, quo  
Concupiscen-  
a beato; huic  
lium, unum,  
no, quatenus  
gaudet de eo.

osse confide-  
m collectum  
tur; 2. for-  
m assecutio-  
ordiali cate-  
do accipia-  
intellectus  
in S. Script.  
onis, modo  
n Quæstionis  
DICO

ter conjungens intelligenti vel in esse intentionali & objectivo, si objectum uniatur mediante specie ab objecto distinctâ, vel in esse reali, si objectum sit seipso summè intelligibile, ut per seipsum obeat munus, quod alia objecta præstant beneficio speciei intelligibilis, hæc unio (ut i. p. disp. 6. ostenditur) fit in visione beatifica. Ergo

*Deinde* visio intuitiva Dei est radix amoris necessarii, summæ delectationis, omnimodæ impeccabilitatis aliarumque perfectionum, quæ ad beatitudinem velut proprietates consequuntur: quia beatus necessariò diligit Deum, summè delectatur Deo, nihil potest velle contrâ vel præter Deum &c. ideo, quod clarè videat Deum esse summum bonum, cui soli adhærere bonum est, ut latius in sequenti Quæst. deducetur,

Hæc ratio ulterius confirmatur: illa operatio est vera assecutio & possessio beatitudinis objectivæ, quæ ita Deum ponit in potestate beati, ut ex eo omne commodum percipere possit, quod est perceptibile: quia tunc Deus est totum bonum ipsius, & à beato totaliter possessus; atqui per visionem Deus ita fit præsens beato, & in ejus potestate constituitur, ut ex Deo omnes fructus perceptibiles percipere possit: ex visione namque oritur amor intensissimus, delectatio suavissima & omnium potentiarum perfectio & satietas; ergo per visionem intuitivam beatus verè Deum possidet.

*Nec dicas* per visionem auri & argenti non possidetur aurum & argentum, ergo nec per visionem Dei Deus possidetur; nam est disparitas: quia aurum & argentum non per se, sed per emissam speciem unitur oculo videntis; Deus autem seipso intellectui beatorum unitur. Iterum per visionem auri non possidetur aurum; quia non fit ita præsens videnti, ut omnia  
sua

De  
sua modâ in  
tatem intuitivam  
Dum transformatur  
familiaritatis co  
muni, i. Beatu  
in summo bono  
in actum amoris  
tatem voluntatis  
et unit,  
3. Distinguen  
tatio effectiva,  
ultimi finis C  
in summum bo  
torem fit unio  
assecutio N. Qu  
assecutio object  
objecti sine specie ut  
tatem realiter acquirer  
tatem, quod querit  
in objectum bonum  
te, si sit præsens:  
tatem, per qua  
præsens; quemadm  
tatem in objectum ut  
tatem, ut objectum  
tatem objectum esse  
tatem non facit  
tatem esse præsens  
tatem præsupposita co  
tatem, ita præsuppo  
tatem patet resp  
tatem in affectu,  
tatem amorem ter  
tatem in sum  
tatem ad assequ

sua commoda in videntem derivet: uti fit per visionem intuitivam Dei, per quam beatus velut in Deum transformatur: quia operatio intellectus est perfecta assimilatio cognoscentis cum re cognita.

*Obj. I.* Beatitudo formalis est intima unio beati cum summo bono & ultimo fine: atqui talis unio fit per actum amoris; quia amor est unitivus, & per amorem voluntas tendit in summum bonum; ergo hanc unit.

*R.* Distinguendo maj. Beatitudo formalis est intima unio effectiva, quæ sit realis consecutio summi boni & ultimi finis Con. affectiva, quâ inclinetur beatus in summum bonum N. Similiter distinguitur mi. Per amorem fit unio affectiva Con. Effectiva & realis Consecutio N. Quia ad hanc requiritur contactus & approximatio objecti, quæ fit per intuitivam visionem objecti sine specie uniti: non pertinet autem ad appetitum realiter acquirere, & sibi unire objectum concupitum, quod quærit; sed ipsius natura est ponderare in objectum bonum, si sit absens, vel in illo quiescere, si sit præsens: atque ita appetitus supponit aliam facultatem, per quam objectum, quod appetit, fiat præsens; quemadmodum enim appetitus, quamvis tendat in objectum ut conveniens subjecto, non tamen facit, ut objectum sit conveniens subjecto, sed supponit objectum esse subjecto conveniens, ita pariter appetitus non facit objectum, quod est conveniens, subjecto esse præsens, ut in illo delectari possit; ac ita sicut præsupposita convenientia reddit objectum appetibile, ita præsupposita unio reddit objectum suave. Per quod patet responsio ad probat. quod amor sit unitivus in affectu, id est appetitivus unionis realis, & quod per amorem tendat voluntas, ut pondus quoddam inclinans in summum bonum, non verò, ut amor sit actus illud assequens.

*Obj. 2.*

*Obj. 2.* Beatitudo formalis est affectio Dei sub ratione summi boni & ultimi finis, atqui actus intellectus non est affectio Dei sub ratione summi boni & ultimi finis, quia intellectus non attingit Deum sub ratione summi boni & ultimi finis, sed hoc pertinet ad voluntatem, cum intellectus objectum attingat sub ratione veri; ergo non in actu intellectus, sed voluntatis constituenda est beatitudo formalis.

*R.* Distinguendo maj. Beatitudo formalis est affectio Dei sub ratione summi boni ut moventis affectivè & sub ratione allicientis per modum finis, uti est objectum voluntatis. *N.* est affectio Dei sub ratione summi boni ut presentis & realiter possessi. *Con.* Intellectus autem, cum Deum intuitivè videt, summum bonum possidet, quamvis ratio formalis, sub quâ intuetur, sit verum; ideò enim summum bonum videtur vel intelligitur, quia est verum; & quamvis voluntas etiam illud summum bonum quærat & quidem sub ratione boni, quia est bonum; ex hoc tamen non sequitur, quod voluntas per se primò illud assequatur; sicut appetitus sensitivus quærit bonum delectabile sensibus, ex hoc tamen appetitus sensitivus bonum delectabile per se non assequitur, sed homo tactu, gustu vel visu &c. bonum delectabile sensibus, quod appetitus desiderabat, assequitur; sic voluntas desiderat summum bonum, finem ultimum; sed illum per se non assequitur, sed homo finem suum ultimum assequitur intellectuali attractu visionis intuitivæ.

*Obj. 3.* Sicut intellectus inclinatur ad Veritatem, ita voluntas ad bonitatem; ideò ex inclinatione gratiæ non tantum desideramus videre Deum, sed etiam Deum clarè visum amare; ergo ad formalem beatitudinem, qua id assequimur, quod desiderabamus, non tantum pertinet actus intellectus, sed etiam voluntatis.

*R.* Con-

Da  
 s. Concesso a  
 tamvis amo  
 serventius e  
 nimen amore  
 formalis beatitudo  
 m, optamus l  
 dum intelligibile  
 bonum non  
 est summum bon  
 nostrum, ve  
 tum bonum l  
 is per intellect  
*Obj. 4.* Beatitudo  
 est illima operatio  
 bono, nam per  
 us est perfecte satia  
 tatis, videlicet  
 summi boni ut ultim  
 unvisio, quæ prior  
 rum autem in execu  
 consequenter prin  
 cipiatus beatus, qu  
 non amaret, nec  
 ultimum beatitudin  
 Negando maj. c  
 im bonum (nempe  
 appetitus ut est  
 perfecte letatus N  
 modo per bon  
 quidem est, q  
 modis requiratur  
 potentia: est e  
 per intellectu  
 prius actus ga  
 datione bono & ul  
 Theol. Scho



**N.** Concesso antecedente negando consequens, nam quamvis amore amicitiae, qui respicit bonum amati, ferventiùs optemus Deum amare, quam videre: attamen amore concupiscentiae, cujus satiativum est formalis beatitudo, cum beatitudo sit bonum nostrum, optamus Deum videre, & cum illo per contractum intelligibilem uniri; & ita Deus summum nostrum bonum non est formaliter beatificans immediatè, ut est summum bonum in se, sed ut est summum bonum nostrum, vel ipsius beati: habet autem esse summum bonum beati per hoc, quod possidetur à beatis per intellectum.

*Obj. 4.* Beatitudo formalis consistit in ultimâ & perfectissimâ operatione, quâ beatus quiescit in summo bono, nam per illam solam operationem appetitus est perfectè satiatus. Atqui talis operatio est actus voluntatis, videlicet actus fruitionis, cum fruitio summi boni sit ultimus actus in executione, & ad illum visio, quæ prior est in Executione, ordinatur, ultimum autem in Executione est primum in intentione, & consequenter principalius. *Adde*, ille non foret censendus beatus, qui haberet summum bonum, & illud non amaret, nec illo frueretur. Ergo fruitio est constitutiva beatitudinis.

**R.** Negando maj. cujus probat. distinguitur: per illam solam (nempe ultimam in executione operationem) appetitus ut est tendens in bonum assequendum est perfectè satiatus **N.** ut est particularis potentia suo proprio modo per bonum præsens perfectibilis, **Con.** Verum quidem est, quod ad perfectionem integram beatitudinis requiratur quies in appetitu, ut est particularis potentia: est enim de integritate beatitudinis, ut adepti per intellectum summo bono ipsa voluntas per proprios actus gaudii, delectationis & fruitionis de summo bono & ultimo fine taliter adepti gaudeat,

& in illo quiescat, hi actus sunt quidem posteriores in Executione sed non priores in intentione, nec nobiliores ipsâ visione, cum se habeant ad Visionem, sicut proprietates ad Essentiam; proprietates verò licet sint in executione posteriores, quia ab Essentia dimanant, non sunt tamen priores in intentione, quia Essentia non appetitur propter proprietates; item visio præsupponitur ad delectationem, ut causa & principium ejusdem, non verò ordinatur ad illam tanquam medium ad finem.

Ad id quod additur. *R.* Quod reverà foret beatus, qui haberet summum bonum, quamvis illud non amaret, nec illo frueretur, si loquamur de beatitudine quoad Essentiam, non autem quoad omnimodam perfectionem.

*Obj. 5.* Asssecutio finis ultimi est actus nobilissimus, ergo est actus potentia nobilissimæ: atqui voluntas est potentia nobilissima & nobilior intellectu: 1. Quia objectum voluntatis est bonum actuale & existens, objectum intellectus est verum abstrahens ab existentia actuali. 2. Ratione efficaciam: quia voluntas cæteras potentias movet, & omnibus etiam intellectui ipsi imperat. 3. Ratione libertatis: per quam voluntas est Domina, & dominium exercet in actus suos & aliarum potentiarum. 4. Ratione nobiliorum actuum: quia actus charitatis sunt longè nobiliores quam actus supernaturales intellectus; ut enim loquitur Paulus 1. Cor. 13. *Major horum est Charitas, & ipsa dicitur & est vinculum perfectionis.*

*R.* Transmissâ maj. sequelâ distinguendo mi. Voluntas est potentia nobilissima & nobilior intellectu in genere asssecutionis, N. simpliciter transeat: ob dicenda; dato quod voluntas simpliciter esset perfectior intellectu præsertim in genere moris, intellectus tamen secundum quid & in genere asssecutionis prior est perfectiorque voluntate.

*R.* Ne-

1. 2. Negando mi. quia intellectus absolute & in esse physico est perfectior voluntate ratione objecti, quod perfectiori modo immutat potentiam, quia totum hoc, quod attingit voluntas, longè universaliori & altiori modo attingit intellectus;

2. Ratione efficaciz, quamvis enim voluntas moveat intellectum quoad exercitium, ipsa tamen movetur ab intellectu proponente objectum & finem quoad specificationem.

3. Dominium voluntatis est radicaliter in intellectu, nec libertas semper est perfectio, sed tunc est perfectio, si in reliquis omnimoda sit paritas, potest enim actus liber longè esse imperfectior actu necessario: sic nobilissimi actus visio Dei & amor beatificus sunt actus necessarii.

Demum visio est perfectior actu charitatis in Patria, licet actus charitatis in viatoribus sint nobiliores actibus intellectus: eò quod, licet objectum actuum intellectus in viâ sit nobilius secundum se, non tamen, prout intellectum per species à creaturis abstractas immutat: e contra per actus charitatis voluntas inclinatur in ipsum bonum divinum.

Ex his colliges: quod actus intellectus & voluntatis simul ex æquo non constituent beatitudinem formalem, quia actus voluntatis non est affectio finis ultimi.

Q. 1. In quo consistat beatitudo supernaturalis præsentis vitæ.

1. Beatitudo formalis supernaturalis præsentis vitæ consistit in actibus fidei & Charitatis: ratio est; quia fides præstat imperfectam quandam & inchoatam Dei possessionem intellectualem, & ita est participatio possessionis, quæ habetur per visionem; Charitas etiam conducit maximè ad beatitudinem alterius vitæ obtinendam: quia in Charitate fundatur meritum,

per quod ad ultimum beatitudinem obrinet. Charitas excludit peccatum, quo maximè alterius vitæ beatitudo impeditur; licet ergo beatitudo alterius vitæ consistat essentialiter in actu intellectus solo, non tamen beatitudo præsentis vitæ, quia in præsentis vita sola fides non excludit peccatum. Quia tamen hæc beatitudo non est simpliciter & absolutè talis, sed solum meritoria & relata ad beatitudinem alterius vitæ, hinc non petit excludere omnem corporalem miseriam.

Q. 2. In quo in statu naturæ puræ consisteret beatitudo hujus & alterius vitæ?

R. Beatitudo alterius vitæ formalis pro illo statu consisteret in perfecta Dei cognitione naturali, quam haberet anima separata per propriam substantiam: quia illa foret perfectissima cognitio, quæ posset homini pro tali statu competere, cum Deus naturaliter ab homine perfectiùs cognosci nequeat, quam per comprehensionem propriæ substantiæ; beatitudo autem formalis hujus vitæ consisteret in actibus naturalibus contemplationis & amoris Dei ut Authoris naturæ excludentibus offensam Dei ut Authoris naturæ & ordinatis ad merendam beatitudinem alterius vitæ, de statu enim naturæ puræ loquendum est cum proportione ad statum naturæ elevatæ.

#### Q U Æ S T I O IV.

*De impeccabilitate & perpetuitate Beatorum.*

**E**X assecutione summi boni sequitur, ac proinde cum beatitudine necessariò connexa est felix amandi necessitas, & consequenter impeccabilitas; certitudo nunquam amittendi: dantur etiam in statu beatitudinis beatis dotes animæ & Corporis, ac demum aureolæ; de duobus primis specialius agit hæc quæstio. Cætera per subjunctas aliquot quæstiunculas breviter exponemus.

*Sup.*

*Supposito*: Quod Beati defacto non peccent, nec secundum viam ordinariam peccare possint: quia beatitudo includit rectitudinem voluntatis, cum sit consecutio summi boni & unio creaturæ rationalis cum suo ultimo fine; & deinde quod beatitudo juxta definitionem Con. Lateran. relata in cap. firmiter I. de summâ Trin. sit perpetua & inamissibilis: difficultas est: an illa impeccabilitas & inamissibilitas proveniat ab intrinseco ex ipsâ naturâ beatitudinis, vel tantum ab extrinseco Dei favore; ad primam Quæstionis partem.

DICO I. *Beatitudo non potest esse sine recta voluntate.* S. Th. hic Q. 4. a. 4. in fin. O.

*Ratio fundamentalis* est: non potest voluntas esse incorrecta, sive amare aliquid contrarium Deo, vel ab ipso deficiens, neque potest appetere aliquid præter Deum, aut non ordinatum ad Deum, nisi proponatur ab intellectu, illud (non obstante repugnantia, quam habet cum fine recto, vel deficientiâ à fine recto) nihilominus esse amandum: quippe voluntas est potentia cæca, quæ sequitur ductum intellectûs, ideoque peccare non potest, quin præcedat iudicium imprudens, quo dicitur aliquid esse appetendum, quod non est appetendum: omnis namque peccans errat practicè juxta illud prov. 14. *Errant, qui operantur malum*; atqui implicat, quod voluntati in beato clarè Deum vidente proponatur aliquod objectum contra vel præter Deum, repugnans vel deficiens ab ultimo fine: quia visio beata proponit practicè Deum ut summum bonum implens omnem capacitatem voluntatis, tollens omnem indifferentiam, cum proponat Deum ut in exercitio præferendum semper omni minori bono, ex quo iudicio sequitur amor Dei necessarius quoad Exercitium; ergo implicat, quod stante Dei visione sit in voluntate potentia ad ullum

prorsus peccatum mortale vel veniale; cum per visionem tollatur omnis radix peccati, defectuosum vid. iudicium, mater peccati actualis; ac ideo non potest cum beatitudine voluntas non esse recta.

*Confirmatur:* implicat contradictionem proponi summum bonum, ut summum bonum, & simul ut practicè relinquendum: proponeretur enim ut summum bonum, & non ut summum: quia si proponeretur practicè ut relinquendum: proponeretur practicè ut minus bonum & alteri postponendum, & consequenter sub illâ ratione, sub quâ proponeretur practicè deferendum, non proponeretur ut summum bonum actu ex omni parte amabile; cum igitur per visionem beatificam proponatur Deus ut summum bonum, non solum impedit visio beatifica, ut proponatur aliud bonum Deo repugnans ut bonum, sed etiam ne aliquod verum bonum proponatur sine subordinatione & relatione ad Deum, illud enim non proponitur ut summum bonum, quo majus potest excogitari; majus autem bonum est, quod exigit omnia allicere, & omnia sibi subordinare, quam quod patitur aliquod bonum præter se ad ipsum non ordinatum.

*Hinc habes:* quare beati Deum ament necessariò & quoad specificationem, hoc est ità, ut non possint eum odisse. Et quoad exercitium, hoc est ità, ut non possint actualem amorem suspendere; quia cum voluntas sit potentia cæca in omnibus sequens intellectum, necessariò intellectus debet aliquid ut non amabile vel odibile proponere, ità ut in amore concipiat aliquam rationem molesti, ut voluntas possit vel odisse vel ab amore cessare: hoc autem implicat in intellectu proponente summum bonum clarè ut summum bonum.

*Obj. 1.* Inter quæ non est directa oppositio, illa absolute non implicat conjungi: atqui inter visionem bea-

bea-

Null peccatum non est  
peccati libertas, visio e  
tunc est in voluntate, p

legendo mag. ut enim ali  
que, nec indelicite devo

religione à directè oppo  
suerunt; visio quidem est

actum mediantè visione  
que ex vi visionis præter dicit

amandis est super omnia,  
proponitur, & circa nullam

Deum esse occupare pote  
rii nisi supernaturali pecc

re nonnulla super omnia  
in omnibus & super om

manente, indebe  
re hoc perfectissimum;

in animi  
re vult peccatum actu

re impeditur, quod vi  
re opponatur peccato,

re supponit defectuosi  
re quod est in eodem

re in quo est visio beati;  
re in rationem conversatione

reabile, sic peccato oppo  
re beata; determinand

re summum exercitium amou  
re beatorum beatorum for

re quæritur est ad hunc inel  
re supernaturalis perfectiss

re connotat quædam  
re rationalem in substanti  
re beati circa creaturas lu

beatificam & peccatum non est directa oppositio : quia sunt in diversis subjectis, visio est in intellectu, peccatum actuale est in voluntate, peccatum habituale in ipsa anima.

Obj. 2. Negando maj. ut enim aliqua sint compatibilia, nec directè, nec indirectè debent esse opposita, eò quod essentialiter à directè oppositis dependeant, vel eadem inferant; visio quidem est immediatè in intellectu, at tamen mediante visione rectificatur voluntas, quæ ex vi visionis practicè dictantis, Deum continuo amandum esse super omnia, retractat omne peccatum præteritum, & circà nullam creaturam contrà vel præter Deum sese occupare potest, mediante visione anima vivit vitâ supernaturali perfectissimâ; est indefectibiliter conjuncta supremæ bonitati; est determinata ad Deum in omnibus & super omnia diligendum determinatione permanente, indefectibili, æternâ conferente statum perfectissimum; ergo formaliter excluditur omne malum: in animâ macula peccati habitualis: in voluntate peccatum actuale sive mortale sive veniale. Ex quo sequitur, quod visio beatifica formaliter & directè opponatur peccato, quatenus peccatum includit ac supponit defectuosum dictamen rationis, secundum quod est in eodem subjecto proximo peccatum, in quo est visio beati; quatenus verò peccatum dicit malitiosam conversionem voluntatis in bonum commutabile, sic peccato opponitur indirectè & causaliter visio beata: determinando videlicet voluntatem ad continuum exercitium amoris divini; similiter peccato habituali beatitudo formalis directè non opponitur, quatenus est actus intellectûs, sed quatenus est vita supernaturalis perfectissima præsupponens & essentialiter connotans gratiam sanctificantem tanquam vitam radicalem in substantiâ animæ.

Obj. 2. beati circà creaturas sunt liberi, ideoque

possunt voluntariè illis adhærere, vel non adhærere, adeoque etiam nimium adhærendo peccare venialiter vel mortaliter.

*R.* Distinguendo ant. Beati sunt circà creaturas liberi libertate defectivâ, quâ creaturis adhærere possunt præter vel contra Deum N. Libertate effectivâ, quâ circà creaturas versari vel non versari possunt, servato semper ordine & subordinatione ad finem ultimum summum bonum, cum quo sunt inamissibiliter conjuncti Con. ex quo non sequitur : quod possint creaturis adhærendo deficere, sed tantum quod eas tanquam bona defectibilia absolutè amare vel non amare possint.

*Obj. 3.* Beatus est capax, ut à Deo ipsi quidpiam præcipiatur de re, ad quam aliàs est indifferens : v. g. Deus potest committere alicui Angelo aut beato Custodiam hujus hominis ; atqui hoc præceptum beatus poterit transgredi, aliàs frustra præciperetur, cum nulla sit ratio præcipiendi beato istud, quod Beatus non potest omittere, sed necessariò debet facere ; ergo poterit peccare.

*R.* Admissâ maj. Negando mi. ad cujus probat. dicitur : potest beato imponi præceptum, non quia potest præceptum illud prævaricari, sed quia potest à Deo per præceptum dirigi ad aliquid faciendum, ad quod aliàs est indifferens, cum beatus se semper Deo subjiciat, ejusque ordinationibus, cui in visione immobiliter adhæret ; quamvis igitur beatus legem vel præceptum Dei cognitum necessariò impleat, debet tamen imponi & intimari, ut beatus cognoscat, quid ab ipso fieri Deus velit : imposito autem vel intimato præcepto de custodiendo v. g. hoc homine manet liber ad custodiendum hominem, quia potest illum non custodire : ex quo tamen non sequitur, quod possit peccare ; quia potest non custodire negativè præscindendo à præ-

De I  
a. immo, vel in se  
præter sensu con  
quando peccaret  
4. Imposito  
um efficax utp  
non impletet pra  
p. absolute potest  
Negando ma  
potest denegare  
quamvis enim  
ra, non tamen  
cum consistat in  
zatis, connaturali  
bene agendum ; &  
male auxiliam den  
non peccaret :  
peccaminosa, deb  
dicitur pro & d  
Deo non potest libe  
esset hujus  
ros, & rationem Dei  
consistere cum actuali p  
mi peccandi : quia n  
non potest consister  
cum potentia pec  
dicitur defectuosum i  
circum media ad finem  
Obj. 4. Equè repu  
que penalitates  
que quia summa fe  
potentia Dei a  
dolor vel trist  
ore & compre  
agendo maj.



à præcepto, vel in sensu diviso præcepti, non tamen privativè in sensu composito præcepti: vel ita, ut non custodiendo peccaret.

*Obj. 4.* Imposito præcepto Deus posset denegare auxilium efficax utpote indebitum; atqui tum beatus non impleat præceptum & consequenter peccaret; ergo absolutè potest beatus peccare.

*R.* Negando maj. quia imposito præcepto Deus non potest denegare auxilium, quo impleat præceptum; quamvis enim illud auxilium sit gratia indebita naturæ, non tamen est indebita statui beatitudinis, qui, cum consistat in adeptione inamissibili summæ felicitatis, connaturaliter etiam exigit omnia necessaria ad bene agendum; & dato, quod per impossibile Deus tale auxilium denegaret, in hac hypothese adhuc beatus non peccaret: quia ut omissio operis injuncti sit peccaminosa, debet esse voluntaria procedens ex dictamine pravo & defectuoso, quale cum visione Dei non potest subsistere; ex quo patet disparitas inter auxilium efficax hujus vitæ ad actus bonos & meritorios, & visionem Dei; auxilium efficax non potest consistere cum actuali peccato, bene tamen cum potentia peccandi: quia non tollit indifferentiam; visio Dei non potest consistere neque cum actuali peccato, neque cum potentia peccandi: quia cum illa non potest stare defectuosum judicium circà finem ultimum vel circà media ad finem ultimum.

*Obj. 5.* Æquè repugnat beatitudini dolor tristitia similesque pœnalitates, quam peccatum vel malum culpæ: quia summa felicitas omne malum excludit: atqui de potentiâ Dei absolutâ potest cum beatitudine consistere dolor vel tristitia, uti factum in Christo simul viatore & comprehensore. Ergo etiam peccatum.

*R.* Distinguendo maj. æquè repugnat beatitudini tam

accidentaliter quam essentialiter perfectæ dolor & tristitia &c. quam peccatum transeat. Beatitudini essentiali N. maj. similiter distinctâ mi. neg. Consequentia, & inter malum naturæ & malum culpæ dico hanc disparitatem esse, quod pœnalitates non avertant à Deo, nec procedant ex judicio erroneo, sed sint defectus, quos quidem de se excludit perfecta beatitudo: possint tamen miraculosè inveniri in eodem subjecto, in quo reperitur beatitudo essentialis; at peccatum est aversio à Deo, quæ omninò repugnat conjungi cum visione dictante summum bonum clarè visum semper & continuò super omnia diligendum; atque ità dolor & tristitia repugnant beatitudini integrali vel alicui perfectioni accidentali beatitudinis, peccatum verò repugnat beatitudini formali vel alicui essentiali perfectioni beatitudinis, cum beatitudo sit essentialiter inamissibilis adeptio summi boni Deum repræsentans & judicans amabilem appetitativè super omnia.

Nunc ad secundam Quæstionis partem.

**DICO 2.** *Beatitudo.... absque mutabilitate advenit eam habenti* S. Th. hic Q. 5. a. 4. ad 1. sive: Beatitudo formalis est ab intrinseco inamissibilis.

*Probatnr.* Beatitudo formalis ex conceptu suo essentiali est perfectè quietans & satians appetitum creature rationalis, appetitus autem rationalis non solum intendit possessionem & adeptionem summi boni, sed etiam possessionis securitatem, quâ non habitâ est in anxietate & formidine amittendi, quod summè amat: ideoque quod ex suâ naturâ satiat, etiam ex naturâ suâ debet facere securum; ergo beatitudo, cum essentialiter sit forma perfectè quietans & satians naturam rationalem, debet illam facere securam de continuatione, quod non faceret, si videns Deum agnosceret visionem esse amissibilem.

**Obj. 1.** SuffICIENTER appetitus beati satiatur, si bea-

rus sit securus de suâ beatitudine & cognoscat illam perpetuò duraturam: atqui potest beatus esse securus de suâ beatitudine & cognoscere illam perpetuò duraturam, licet non sit ab intrinseco inamissibilis. Ergo probatur minor: ut beatus sit securus de suâ beatitudine, & cognoscat illam perpetuò duraturam, ad hoc sufficit, quod beatus cognoscat decretum Dei de continuandâ beatitudine in æternum: atqui quamvis visio beatifica non sit ab intrinseco inamissibilis, potest cognoscere decretum Dei de continuandâ beatitudine in æternum, ergò potest beatus esse securus, & consequenter visio Dei & simul illius decreti adhuc sufficienter est beatificans, & tollens omnem formidinem & anxietatem, licet non sit abintrinseco inamissibilis.

R. Concessa maj. Neg. suppositum mi. & ad probat. rursus conceditur maj. & Neg. suppositum mi. quia quamvis ad continuationem beatitudinis sufficeret voluntas Dei, ideoque hac cognita beatus foret certificatus de perpetua felicitate, at tamen de ratione beatitudinis est, ut illa voluntas Dei cognoscatur: quia de essentia statûs beatifici est, ut ex se & vi beatitudinis excludat omnem formidinem, quia beatitudini est essenziale satiare perfectè appetitum.

Obj. 2. Quod est intrinsecè destruibile, est intrinsecè amissibile, quia per destructionem res amittitur, atqui visio beatifica est intrinsecè destruibilis, quia omnis creatura est intrinsecè ens ab alio contingens, quoad suam existentiam in fieri & produci & consequenter etiam in conservari essentialiter à Deo dependens, cum conservatio rei sit continuata productio.

R. 1. Visio beatifica est intrinsecè destruibilis id est petit destrui ex principiis intrinsecis & secundum ordinariam Dei potentiam N. id est visio beatifica est talis  
enti-

entitas, quæ possit destrui à principio extrinseco vid. Deo omnia verbo virtutis suæ sustentante & conservante, & secundum potentiam Dei extraordinariam Con. sicut igitur Angelus & anima rationalis sunt immortales & incorruptibiles ab intrinseco, quamvis à Deo conservante destrui possint; ita etiam visio Dei est incorruptibilis ab intrinseco, quia principia visionis, quæ sunt lumen gloriæ & essentia divina per modum speciei unita intellectui, sunt ab intrinseco incorruptibilia.

R. 2. Visio beatifica est ab intrinseco destruibilis, si formaliter & in sensu reduplicativo sumatur, quatenus est beatifica N. quia perpetuitas est prædicatum essentialiale beatitudinis perfectæ; cum sublata perpetuitate & certificatione perpetuitatis voluntas non possit esse plenè contenta, ideoque non potest esse visio beatificans, quin Deus decernat conservare eandem in æternum, & hoc decretum videnti manifestet; visio Dei est ab intrinseco destruibilis, si sumatur materialiter & in sensu specificativo secundum Physicam & creatam entitatem visionis Con. quia sic est ab intrinseco ad modum rei alterius cujuscunque creatæ destructione Logica per subtractionem divini concursus, non tamen destructione Physicâ ortâ ex principiis intrinsecis destruibilis; juxtâ hunc modum respondendi admitti potest: quod ipsa entitas visionis beatæ abstrahendo, an sit beatificans; destrui & amitti possit, quamvis illa visio, si sit beatificans, ex principiis intrinsecis amitti nequeat; quia quatenus talis excludit omnem formidinem amissionis, quamvis hoc habeat ex eo, quod repræsentet se duraturam in æternum, ex hoc enim quod per visionem in divina essentia repræsentetur decretum, quo Deus decrevit beato communicare hanc visionem per totam æternitatem, est de continuatione beatitudinis certificatus,

&amp;

Et si certificatur  
fieri quo ulterius  
nominatio v  
dicitur, quo  
garitio conti  
aliquam visionem  
non transeunt  
adeoque hoc  
separabile,  
si sit beatificans  
no & affectio lum  
incorruptibilis.

1. An omnes bea

Affirmative: qui  
visio summi boni,  
verius sequitur perfe  
ctio alio perfectius De  
recta alio imperfectius  
ali perfectius, quia quili  
bere, quorum est lum  
omni; perfectius autem  
ma gloriæ, est inori  
eius cadere nequit.

rationem diversam dispe  
rationem ex cibus apposit  
vis ratione mensuræ vel  
rationem naturæ, he  
tes eisdem panni h  
aque contentus  
naturæ. Neque ex  
dicata, animæ  
nem: quia vel a  
vel si sit efficax,  
divinâ ordinati

& nisi taliter certificatus esset, non foret beatus perfecte; ex quo ulterius sequitur, quod beatitudo formalis sit denominatio visioni beatificæ per extrinsecum Dei decretum, quo beatum ad statum beatificum elevat, gratuito contingenter superaddita: constat enim aliquam visionem Dei v. g. illam, quæ S. Paulo in raptu transeunter fuit communicata, non fuisse beatam: adeoque hoc prædicatum beatificans: à visione esse separabile, quamvis visio radicaliter ex naturâ rei sit beatificans, eò, quod per essentiam sit adeptio & assecutio summi boni ex principiis intrinsicis incorruptibilis.

**Q. 1.** An omnes beati perfectè satientur visione Dei?

**R.** Affirmativè: quia ex illâ visione, cum quælibet sit assecutio summi boni, in appetitu & omnibus aliis potentiis sequitur perfecta felicitas; & licet unus beatus alio perfectius Deum videat, non tamen propterea est in imperfectius videntibus desiderium videnti perfectius, quia quilibet tantum desiderat Deum videre, quantum est lumen gloriæ, quo quisque est donatus: perfectius autem velle videre, quam exigat lumen gloriæ, est inordinatus appetitus, qui in beatos cadere nequit. Aptum simile est in convivis secundum diversam dispositionem stomachi multum vel parum ex cibis apposis comedentibus, & in hominibus variæ mensuræ vestimenta habentibus propter diversitatem staturæ, homo enim parvæ staturæ, si vestem ejusdem panni habeat accommodatam moli corporis, æque contentus est, ac gigas longior majori veste indutus. Neque ex hoc, quod Corpora nondum sint glorificata, animæ beatæ aliquam patiuntur inquietudinem: quia vel appetitus gloriæ Corporis est inefficax, vel si sit efficax, est tantum efficax ut relatus ad tempus ex divinâ ordinatione præscriptum.

**Q. 2.**

Q. 2. Quid & quot sint dotes tum animæ tum Corporis gloriosi in beatis?

Re. 1. Dotes in conjugio corporali sunt ea munera, quibus instructa sponsa decenter jungitur sponso; unde ea dona quibus tum anima tum corpus in alterâ vitâ ornatur, ut per beatitudinem summo bono perfectè jungantur beati, in beatis dotes per analogiam ad matrimonium Carnale dicuntur.

Re. 2. Tres enumerantur à S. Th. in suppl. Q. 95. a. 5. dotes, quibus anima, tanquam jam in domum spon- si sui traducta, dotatur, quæ virtutibus illis quibus specialiter in hâc vitâ Christo fuit desponsata, corre- spondent, sunt autem visio quæ correspondet fidei; comprehensio sive tentio, quâ beatus finem suum ulti- mum speratum velut præsentem tenet & amplectitur correspondens spei; fructio sive dilectio aut delectatio, quâ de Deo propter se delectatur correspondens chari- tati. Quæ juxtâ S. Th. l. cit. a. 2. Non sunt dotes prout lumuntur pro actibus, sed pro habitibus connotando dictas operationes tanquam proprios actus: quia dotes disponunt & exornant animam ad intimam conjunctionem cum Deo: at visio compre- hensio & delectatio, ut sunt operationes, non dispo- nunt animam ad talem conjunctionem, sed vel sunt ipsa conjunctio, vel aliquid eam subsequens; ergo ratio dotis non actibus sed habitibus competit: nempe habitibus luminis gloriæ & charitatis; habent enim habitus illi duplicem formalitatem: primò quod sint principia eliciendi operationes, quæ vel sunt ipsa beatitudo vel ad illam sequuntur; secundò quod elevent animam ad quendam statum altio- rem, & dissimilem à statu viæ, ratione cujus non possunt ampliùs habere imperfectiones hujus vitæ, & sub hâc ratione induunt rationem dotis: id est ornatus, dispositionis & habi- tationis sponsæ ad nuptias divinas; v. g. lumen glo-  
riæ

intellectum  
speciei, &  
obscuritati  
& sub hac  
per modum doti  
in visibile, & in  
Idem lura  
habitualiter pe  
comprehensio acti  
est ipse hat  
amoris (sub ha  
led ut causans del  
de amore differt & i  
Quia anima simu  
etiam beato dotes  
corporis d  
est impassibilitas:  
Dei provide  
modo, sed ab intrin  
one corporis ad ani  
temperamentum  
corruptiva ex  
est subtilitas: qua  
ab omni crassi  
operationum vald  
et, que in nostro n  
qua cum Apost. I. ad  
us spirituale appellar.  
que corpus beati redd  
trale corpore ad lib  
quæ gloriosum Chi  
& per clausas Janua  
ambunt dono sub  
est agilitas: quæ ce  
quæ ad omnem r

riæ disponit intellectum ad recipiendam essentiam divinam loco speciei, & clarificat intellectum, ita ut non sit capax obscuritatis & fidei, sed solum evidentiae & claritatis; & sub hac ratione vocatur visio habitualiter & per modum dotis, quatenus per illud videtur summum visibile, & intellectus non remanet in statu obscuritatis. Idem lumen est dos comprehensionis ut tenens habitualiter per ipsam visionem quæ est tentio seu comprehensio actualis. Dos fruitionis vel delectationis est ipse habitus charitatis non ut est principium amoris (sub hac enim ratione reperitur etiam in via) sed ut causans delectationem beatificam, quæ specie ab amore differt & ut sic solum reperitur in Patria.

R. 3. Quia anima simul cum corpore meruit, hinc corpori etiam beato dotes suæ competunt; assignantur autem quatuor corporis dotes, quarum

1. Est impassibilitas: quæ non tantum provenit ab extrinsecâ Dei providentiâ protegentis beatum ab omni malo, sed ab intrinseco, scilicet à perfectâ subjectione corporis ad animam, ut possit in corpore optimum temperamentum conservari, & omnis forma læsiva aut corruptiva excludi.

2. Est subtilitas: quam alii explicant, quod sit immunitas ab omni crassitie terrenæ concretionis & sæcibus operationum valde materialium animæ vegetativæ, quæ in nostro mortali corpore reperiuntur ex quâ causâ Apost. I. ad Cor. 15. Corpus gloriosum corpus Spirituale appellat. Alii explicant per qualitatem quæ corpus beati reddit penetrativum & penetrabile ab alio corpore ad libitum beati; unde penetrationem quâ gloriosum Christi corpus clauso sepulchro exivit, & per clausas Januas post resurrectionem intravit, attribuunt dono subtilitatis.

3. Est agilitas: quæ consistit in promptissimâ facilitate, quâ ad omnem motum localem voluntati & poten-





utem heroicam, qua præ cæteris triumphavit de Mundo, Carne & Diabolo.

R. 2. Tribus victoribus exsententia S.Th. in suppl. Q. 96. & communi Theologorum in cælesti Patria dantur aureolæ. Prima virginibus expressa Apoc. 14. *Et cantabant quasi canticum novum... & nemo poterat dicere Canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terrâ. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt &c.* Secunda datur Martyribus; de qua Apoc. 7. *Hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt & unde venerunt?.... Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magnâ, & laverunt stolas suas, & dealbaverunt eas in sanguine agni &c.* Tertia datur doctoribus: de qua Dan. 12. *Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stella in perpetuas æternitates;* ratio autem congruentiæ trium harum aureolarum est, quia tria sunt genera excellentissimarum victoriarum, tum ratione hostis: *Mundi*, qui vincitur à Martyribus sustinentibus pro Christo mortem, quam mali homines *Mundi* nomine significati persequendo inferunt; *Carnis*, quæ à virginibus per continentiam, quâ à delectabilibus venereis, quæ in illo genere maxima sunt, abstinent, superatur; *Demonis*, qui à doctoribus insidias ejus tum in seipsis, tum in aliis per doctrinam & prædicationem excludentibus triumphatur; tum ratione potentiarum, in quibus hæ victoriæ consummantur. Sunt quidem & alia opera ferentia secum speciales victorias, ob quas in cælesti Patriâ specialia præmia accidentalis gloriæ dabuntur, sed solummodo illud præmium à Theologis aureola vocatur, quod respicit victoriam ex genere suo excellentiorem.

Q. 4. Quibus hæ aureolæ dentur?

Antequam respondeam suppono: Angelos non ha-

1. 2. Theol. Schol.

E

bere

bere aureolas, quia neque in pugnâ carnis fuerunt victores, neque in pugnâ Martyrii, cum sint omnino impassibiles & immortales, neque exercuerunt munus docendi meritorium, quia illuminatio inter superiores & inferiores non est meritoria sed ipsis connaturalis, & illi actus secundum quos Angeli nos docent, pertinent ad gloriam eorum, & communem ipsorum statum inquit S. Th. in suppl. Q. 96. a. 9. ad 3.

Deinde Christus Dominus habet aliquid excellentius aureolis, aliquid, unde omnes aureolæ originantur juxta S. Th. l. cit. a. 8. O. cum sit simul virginum, Martyrum & Doctorum princeps, nec præmia ut miles & subditus recipit, sed ut princeps & Dominus distribuit, nec victor per participationem vel imitationem constituitur, sed ut victoriarum Author & Exemplar alios victores facit. His suppositis

R. 1. Aureola virginitatis datur omnibus illis & solis justis, qui habent in fine vitæ virginitatem mentis & corporis, ac decedunt cum hostis oppugnantis victoriâ.

Explicantur singula dicitur. 1. *Virginiam mentis*: hoc est propositum servandi perpetuo virginitatem, unde habens propositum nubendi, licet integer ex hac vitâ discedat, aureolam non assequitur. 2. *Virginiam sive integritatem corporis*: quæ per solam corruptionem voluntariam amittitur; ideò non amittitur aureola virginitatis per stuprum violentum, aut corruptionem in somno factam. Unde S. Lucia ad Tyrannum: si invitam jusseris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam. 3. *In fine vitæ*. Virginitas corporis semel voluntariè amissa reparari nunquam potest, nequit enim esse, quod integritas corporis semel violata non fuerit violata, virginitas mentis (sive propositum omnem veneream voluptatem fugiendi, nec unquam voluntariè eandem experiendi) per peccatum læsa, per pœnitentiam reparatur: ideoque aureola

DE BEATIT  
 ... non perditur  
 ... vel propositu  
 ... retractata. 4.  
 ... decedentibus ar  
 ... virginis, quæ  
 ... adeoque est sine  
 ... mentis: naturali  
 ... Martyrum datur  
 ... nocte aut secuta au  
 ... habent pro Christ

... iterum singula: 1  
 ... propositum formale,  
 ... pro fide Christi:  
 ... fidei occiso non  
 ... haberet habit volu  
 ... Martyrium enim re  
 ... saltem in adu  
 ... pro Christo occis  
 ... Martyrii ab Ecclesiâ  
 ... pro Christo non v  
 ... operato, & ad præ  
 ... aureolam Martyru  
 ... unico ictu infli  
 ... cruciatibus & aru  
 ... hujus conditionis  
 ... solum Martyr in  
 ... Martyrium in voto si  
 ... ito comparative ac  
 ... tatis, quanti Marty  
 ... num accidentale. 3.  
 ... re ipsa non securâ  
 ... in odium fidei it  
 ... sunt constituti, ut  
 ... non possint, quam  
 E 2

aureola virginitatis non perditur per animum peccandi contra castitatem vel propositum nubendi, si hæc sine ante mortem retractata. 4. *Cum hostis oppugnantis victoriâ*: hinc decedentibus ante usum rationis non datur aureola virginitatis, quia in istis est virginitas sine pugna, adeoque est sine victoriâ: est virginitas corporis non mentis: naturalis non voluntaria.

2. Aureola Martyrum datur omnibus & solis, qui voluntariè morte aut secutâ aut naturaliter secuturâ Martyrium subeunt pro Christi fide vel explicitè vel implicitè.

Explicantur iterum singula: 1. *Voluntariè*: id est, qui habet propositum formale, virtuale, vel habituale moriendi pro fide Christi: ideoque adulto dormienti in odium fidei occiso non daretur aureola, si nullum antecedenter habuit voluntatem moriendi pro Christo: ad Martyrium enim requiritur mors aliquo modo voluntaria saltem in adultis: quod additur; quia parvulis pro Christo occisis ante usum rationis prærogativa Martyrii ab Ecclesiâ adscribitur: sicut enim illis mors pro Christo non voluntaria sufficit ad gratiam ex opere operato, & ad præmium essentialè, ita etiam sufficit ad aureolam Martyrum. 2. *Morte aut secutâ*: sive mors unico ictu infligatur, sive variis afflictionibus, cruciatibus & ærumnis diu protrahatur; ex defectu hujus conditionis non datur aureola beato, qui fuit solùm Martyr in voto & desiderio, quamvis enim Martyrium in voto sive desiderio moriendi pro Christo comparativè ad præmium essentialè tanti sit valoris, quanti Martyrium in re, non tamen ad præmium accidentale. 3. *Aut naturaliter secuturâ*: quamvis reipsâ non secutâ; ideo illis, quibus lethale vulnus in odium fidei inflictum, aut qui in talem statum sunt constituti, ut mortem viribus naturæ fugere non possint, quamvis miraculosè sit

impedita, datur aureola Martyrii: sic Ecclesia S. Joannem Evangelistam ut Martyrem veneratur, eò quod fuerit à Tyranno in ferventis olei dolium immisus, quamvis miraculosè illæsus evaserit. **4 Pro Christi fide explicite vel implicite:** sive pro Catholicâ Ecclesiâ, pro ejus immunitate, inò pro quâcunque veritate vel virtute Christianâ ac supernaturali, sive ante, sive post adventum Christi: cum etiam in lege veteri fuerit fides implicita in Christum; hinc occisi in tali lege pro fide vel aliâ virtute supernaturali dicuntur mortui pro fide implicitâ in Christum; hinc jure merito in Ecclesiâ coluntur velut Martyres Mater Machabæorum cum Filiis.

*Ex his sequitur:* aureolam Martyrii non dari militantibus & pugnantis contra infideles. si in pugna occumbant: quia hi volunt potiùs occidere quam occidi, licet in ordine ad præmium essentielle æquiparentur Martyribus, quoniam ex zelo puro religionis occumbunt; nec dari morientibus in obsequio pestiferorum, quamvis enim hi ex virtute heroicâ Charitatis ergà proximum exponant se periculo vitæ etiam præsentissimo, non volunt tamen positivè mori, & si moriantur, mors non infertur ab extrinseco & in odium fidei vel virtutis, sed sequitur ex causâ naturali.

3. Aureola Doctorum datur omnibus illis & solis, qui ex motivo virtutis actu docent res ad salutem & pietatem pertinentes

Explicantur rursus singula: dicitur **1. ex motivo virtutis** v. g. Charitatis, non autem lucri gratia, vel ex alio motivo temporali. **2. Actû docent:** hoc est habent exercitium docendi, quod per notabile tempus duravit, licet interruptum fuerit, vel etiam omninò cesset. **3. Res ad salutem & pietatem pertinentes;** non res purè humanas: ut Philosophiam, Medicinam,

Jus

Juris &c. sed quæ  
viam doctrinæ  
vultus promoti,  
sunt salutem ani  
mationes, Ce  
aureolam Doct  
Quas  
nam quoad anim  
A. 1. Quoad anim  
naturalis infusa, qu  
verbum, quia illa  
quod omnem ratio  
nam statui beatico  
complementum beati  
omnes scientia natur  
re habent, & statu  
namque, quam grat  
i beatitudinis præ  
tibus beatitudinis fun  
tæ naturales acquisitæ  
beat, sed modo longè  
tæ, cum actus scier  
operationibus & co  
tæ naturales non a  
quæ quoad extensio  
tionem iuxta diver  
tæ de accidentalibus  
in proportionem ad p  
tæ et iuxta inæq  
tæ quoad extensio  
tis, inde sequitur  
naturalia cognosc  
tæ sit impletus,  
quoad corpus  
omnem nat

Jus civile &c. sed quamcunque sacram vel spirituales vel moralem doctrinam. Et hinc non tantum in universitatibus promoti, sed omnes & soli, qui sua instructione salutem animarum notabiliter promoverunt, ut Concionatores, Confessarii, Catechistæ &c. obtinebunt aureolam Doctorum.

*Q. ultimo.* Quas præterea prærogativas beati habeant tam quoad animam quam quoad Corpus?

*R. I. Quoad animam* in beatis erit. 1. Scientia supernaturalis infusa, quâ evidenter cognoscant res extrâ verbum, quia illa est beatis maximè conveniens, eò quod omnem rationabilem appetitum impleri sit proprium statui beatifico, & est quoddam accidentale complementum beatitudinis essentialis. 2. Sunt in beatis omnes scientiæ naturales: cum enim Adam innocens tales habuerit, & status beatitudinis habeat majorem tam naturæ, quam gratiæ integritatem, quam habuerit status innocentiae primorum parentum, etiam statui beatitudinis non sunt denegandæ; & quidem scientiæ naturales acquisitæ in viâ permanent in intellectu beati, sed modo longè perfectiori quam fuerint hic in viâ, cum actus scientiæ ibidem exerceatur absque imperfectionibus & conversione ad Phantasmata; scientiæ naturales non acquisitæ omnibus infunduntur æqualiter quoad extensionem, inæqualiter quoad intensiorem juxtâ diversitatem meritorum. Oportet enim de accidentalibus beatorum præmiis ratiocinari cum proportione ad præmium essentialis, quod inæquale est juxtâ inæqualitatem meritorum. Quod verò sint quoad extensionem scientiæ naturales in beatis æquales, inde sequitur: quia per easdem omnes beati omnia naturalia cognoscunt, ut rationabilis eorum appetitus sit impletus.

2. *Quoad corpus* 1. Corpora gloriosa habebunt in essendo omnem naturalem perfectionem omnesque

suas partes tam integrantes, quam exornantes. Habebunt corpora gloriosa diversa diversum, singula tamen optimum juxtà complexionem propriam temperamentum. Habebunt organa interiùs ac exteriùs perfectè disposita. Ætas in beatis omnibus eadem erit, juvenilis scilicet annorum circiter triginta trium, (intellige non quoad numerum annorum vitæ, id enim nimis ineptè diceretur, sed quoad dispositiones corporis illi annorum numero correspondentes) hæc ætas enim est plena & perfecta juxtà Apost. ad Ephes. 4. *In virum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi.* Statura erit, quam unusquisque cum rectâ vivendi ratione absque ullo naturæ defectu attigisset in suprâ dictâ juvenili ætate. Facies minus formosæ reformabuntur in melius, erunt tamen cum varietate & diversitate lineamentorum correspondente diversitati hujus vitæ, ut quilibet dignosci possit. 2. Gloriosa corpora etiam in operando suam habebunt perfectionem non quidem quoad partem vegetativam; cujus operationes non erunt in alterâ vitâ: quia ibi *non esurient neque sitient* II. 49. *Neque nubent, neque nubentur* Matth. 22. Sed quoad partem sensitivam, quia beati in corporibus gloriosis exercebunt operationes sensuum externorum ac appetitûs sensitivi, quia hæ sunt nobilissimæ operationes.

## DISPUTATIO III.

*De Voluntario & omissione.*

**V**oluntarium aliquando sumitur strictiùs pro libero, aliquando latiùs pro omni objecto voluto sive omni illo, quod est gratum & conforme inclinationi sive elicite sive innatæ, quomodo hic sumatur distabit sequens.

QUÆ-

De Vo

QUÆ

Quid sit

Hoc import

nus &amp; actus s

quod voluntarium

voluntarium est intr

sic Q. 6. a. 1. it

quod: quia sic fut

voluntario &amp; non

voluntarii e

que excluditur per

cum violenti

voluntarii negati

que excluditur p

.

Hoc volun 1. Volu

voluntarios graviur

voluntarios immo vegetat

voluntarios: quilibet hi mo

voluntarios, non tamen

.

A ratione voluntari

qui preveniunt mo

voluntarios actus sapiùs p

voluntarios, uti

voluntarios procedunt à volu

.

Perfectum volun

voluntarios disjuncto cu

voluntarios omnis ille actu

voluntarios, sive sit liber

voluntarios propter finem

voluntarios; un

voluntarios perfectissimâ